



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancta Paupertas Religiosorum propria sine proprio  
Propugnata**

**Wissingh, Anton**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Sentimentum Theologicum I. & II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49625](#)

# Sentimentum Theologicum

## I. & II.

**A**ttentè perlegi planam & sanam informātionem, quam hōc compēndiatō scriptō  
 ( *S. Paupertas propugnata intitulatō* )  
 nervosē compositō , & in aperta veritate  
 fundatō, dat omnibus intelligere volentibus , &  
 mentem pecuniariæ cupiditatis labe non infe-  
 stam habentibus Adm. R. & Eximius *P. Antonius*  
*Wissingh* Ord. FFr. Min. S. Francisci Conven-  
 tualium, SS. Theolog. Doctor, ac Provinciæ Co-  
 lon. de Tribus SS. Regibus jam secundò Mini-  
 ster Provincialis. Textus inibi citatos cum fon-  
 tibus insertis S. Constitutionibus Urbanis con-  
 tuli : & inveni, liquidam veritatem ab Auctore,  
 pro sui Ordinis legitima innovatione, ac defensio-  
 ne propugnari. Proinde si quis contra intelligen-  
 tiā textuum, hīc sanè explicatorum, & ad omni-  
 modam satisfactionem conciliatorum pugnare,  
 aut in dubitationem quidquam ex his trahere vo-  
 luerit, de illo meritō cum Psalmista dicam : *No-*  
*luit intelligere, ut bene ageret.* Psalm. 35. 4. Opti-  
 mè fecit, & providè Auctor , præsentando hoc  
 scriptum animos habentibus à loculatæ arcæ curis  
 alienatos ; quorum nullus aliter judicare poterit,  
 aut sententiare. Sentiunt namque illi cum S. P.  
 Augustino in Breviario, *non esse mirum, quod pa-*  
*lato non sano pœna sit panis, qui sano est suavis:* &

OCB

*oculis agris odiosa sit lux , quæ puris est amabilis.  
Ex illorum ergo volens esse numero, judico , &  
ut præsens dilucidatum tamquam rectæ menti  
conforme , publicam per typographum lucem  
aspiciat, sententio. Coloniæ, die 24. Martij, 1700.*

*Fr. Calestinus à S. Henrico Ordinis  
Fratrum Beatissimæ Dei Geni-  
tricis ac semper Virginis MA-  
RIÆ , de Monte Carmelo, per  
Germaniam inferiorem humilis  
Prior Provincialis , quondam  
Ss. Theologiae Lector. M.P.*

*Idem & ego, singula attente expendens, sentio.*

*Fr. Alexander à S. Bertholdo,  
Adm. R. P. Provincialis Assi-  
stens, olim Ss. Theologiae Lector,  
ac Prior. M. P.*

## *Censura Theologica*

### *II.*

**P**ræsens Scriptum (*S. Paupertas propugna-  
ta, intitulatum*) ab Adm. Reverendo , &  
Eximio P. Antonio Wissingh S. Ordinis P. P.  
Minorum Conventualium S. Francisci, Provin-  
ciz